



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris  
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,  
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,  
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,  
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &  
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:  
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia  
illustrata: facundissimis ...

**Beda <Heiliger>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1688**

De octo partibus orationis, liber

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)



jungitur. Igitur, cuius ordinis cōiunctio est cōmunitas; unde hoc, quia semper in oratione ad votū uniuscuiusq; vel præponitur, vel subiungitur. Sciendū est cōiunctiones copulativas, ordinis præpositivi esse tres, at, ac, aut. Subiunctivi unā, que cōmunitas, & atq; disjunctivas ordinis præpositivi, duas: aut, ne. Subiunctivi unā, ve: cōmunitas tres, que, ne, ve. Explicativas ordinis præpositivi, unā. Porro autē subiunctivi tres, quidē, quoq; autē: cōmunitas septem, equidē, saltem, videlicet, quanq; quamvis, porro, tamen. Casualis ordinis præpositivi quatuordecim, et si, etiam si, quin, si, seu, siue, ni, nisi, si enim, quamobrem, præsertim, itemq;, ceterū, alioquin. Cōmunitas quatuordecim, siquidē, quādoquidē, quinetiā, quatenus, nam, nanq;, nisi, et enim, ne, sed, interea, licet, item, præerea. Rationalis ordinis præpositivi, unam: enim verō. Cōmunitas 14, itaq;, enim, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidem, quippē, ergō, ideo, igitur, scilicet, videlicet, quapropter, idcirco.

**A**D, quæ pars orationis est præpositio. Præpositio quid est pars orationis, quæ præposita aliis partibus orationis, significationē earū aut cōplet, aut mutat, aut minuit. Præpositio quid accidit? Vnum. Quid est casus tantū quot? duos: quia accusativus & ablativus. Da præpositiones casus accusativi: ad, apud, antē, ad verbum, cis, citra, circum, circa, contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta, ob, pone, per, prope, secundum, post, trans, ultra, præter, propter, supra, usq;, penes. Quomodo? Dicimus enim, ad patē, apud villā, antē ædes, ad verbum inimicos, cis Rhēnū, citra forum, circum vicinos, circa templū, cōtra hostē, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intra mœnia, infra tectū, iuxta macellū, ob auguriū, pone tribunal, per parietē, prope fenestrā, secundū fores, post tergū, trans ripā, ultra fines, præter officiū, propter rē, supra cælum, usq; oceanū, penes arbitros. Da præpositiones casus ablativi: a, ab, abs, cum, corā, clam, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, absq;, tenus. Quomodo? Dicimus enim, a domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, corā testibus, clam custodibus, de foro, ē iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, absq; injuria, tenus pube, quod nos dicim⁹ puberēnus, da utriusq; casus præpositiones. In, sub, super, subter. In & sub, quando accusativo casui junguntur: quando vel nos, vel quoslibet, in locū ire, ille, futuros esse significamus. Quādo ablativo: quādo vel nos, vel quoslibet in loco esse, fuisse, futuros esse significat. Da huius rei exempla. In accusativo casus: Iur in antiquam sylvā. In, ablativi casus. Stans celsa in puppi. Sub, accusativo casus. Posteq; sub ipsos Nituntur gradibus. Sub, ablativi casus: Arma sub adversa posuit radiantia quercu. Super, quā vim habet? Vbi locū significat, magis accusativo casui servit, quā ablativo: ubi mentionē alicujus facimus, ablativo, tantūm. Quomodo servit casui accusativo locū significans? ut Sava sedens super arma. Quādo ablativo: Sedibus optatis geminas super arbore hūc, Et super flore viridis, nobis mitia poma. Quomodo servit ablativo? quādo mentionē alicujus facimus, ut multa super Priamō rogāns, super: Hectore multa. In, quā vim habet? Etiam tum accusativo casui servit, cū significat contra: ut, in alterum, in desertorem. Subter, quā vim habet? Eandē quā superiores, ad locum & in loco significantes. Quomodo servit accusativo, ad locū significans? ut Flumina; antiquos subter labentia muros. Quomodo ablativo significans in loco? ut Ferre iubet subter densa telludine casus. Cujus casus est hæc præpositio? accusativi, unde hoc: quia casui accusativo semper in oratione præponitur. Quomodo: ut, ad patrem. Sic & de ceteris accusativi casus præpositionibus respondendum. Ab, cuius casus præpositio est? ablativi, unde: quia casui ablativo semper in oratione præponitur. Quomodo: ut ab homine. Sic & de ceteris ablativi casus præpositionibus, respondendum. In, cuius casus præpositio est? utriusq;, unde hoc? quia tam accusativo quā ablativo casui semper in oratione præponitur. Quomodo accusativo? ut, Iur in antiquā sylvā. Quomodo ablativo? ut Stans celsa in puppi. Cujus casus est in, hoc loco illius vel illius. Sic & de ceteris utriusq; casus præpositionibus respondendum. Quæ præpositiones sunt, quæ dictionibus servant, & separari non pos-

sunt. Et, dis, re, se, am, con. Quomodo? Dicimus enim, deduco, diltraho, recipio, servabo, amplector, congredior. Habet hæc præpositio cum eis aliquam communionem, an non? Non. Unde: quia separari potest. Quomodo? ut ad patrem. Quæ sunt quæ jungi non possunt? Apud, & penes. Habet hæc præpositio cum eis aliquā cōmunionem, an nō? Non. Unde hoc: quia jungi potest. Quomodo? ut addo. Quæ junguntur & separantur: ceteræ ferre omnes. Habet hæc præpositio cū eis aliquam communionē, an nō? Habet omnino, vnde hoc: quia ut supra responsum est, & jungitur & separatur. Sciendū verō accusativis præpositiones quæ jungi possunt, esse undecim. Ad, ut ad moneo: ante, ut antecedo: circum, ut circumeo: circa, ut circumcirca: contra, ut contradico: inter, ut interdico: ob, ut obferro: per, ut permitto: post, ut postpono: trans, ut transfero: præter, ut præterfluo. Quæ jungi nō possunt? Quindecim, apud, ad verbum, cis, citra, erga, extra, infra, iuxta, prope, secundum, ultra, propter, supra, usq;, penes. Sed ex his duas tantū Donatus assignat, apud & penes: ceteras idcirco prætermisisse videtur, quia magis ad verba sunt: unde & pleriq; earum comparationem recipiunt, & verbis adjecta, sine casibus profertur: nam comparationem recipiunt, ut citra, citreus, citimē, unde etiam nomen citior, citimus derivatur. Similiter extra, exterius, extimē, unde & nomen exterior, extimis, vel extremus derivatur. Similiter supra, superius, supremē, unde etiam nomen superior, supremus derivatur. Verbis bene adverbialiter junguntur, ut citra habitat, extra jacet, infra later, iuxta sedet, prope incedit, ultra progreditur, supra confendit, & iubet usq; morari, & usq; ambo defessu simus. Deniq; ad verbum & secundum, manifeste nomina loco adverbiorum vel præpositionum posita dignoscuntur, quarum partium plurima similitudo, & quædam videtur esse germanitas, ut & præpositiones in adverb. & adverbia in præpositiones frequentis, transant. Item ablativi casus præpositiones, quæ jungi possunt, sunt octo: a, ut amitto, ab, ut abnego, abs, ut abstraho: de, ut demulceo: e, ut emitto: ex, ut exeo: pro, ut protego: præ, ut præfero. Quæ jungi non possunt, septem: cū, coram, clam, palam, sine, absq;, tenus. Quæ si quis scire desiderat, quantam cum adverbis habeant vicinitatem, legat Prisciani de præpositione tractatus. Item utriusq; casus præpositiones omnes jungi possunt: in, ut incolō: sub, ut subdito: super, ut superpono: subter, ut subterjaceo.

**V**ax, quæ pars orationis est? Interjectio: Interjectio quid est? Pars orationis significans mentis affectū voce incondita. Interjectioni quid accidit? Tantū significatio. Significatio interjectionis in quo est? Quia aut lætitiā significamus, ut exax: aut dolorem, ut heu: aut admirationem, ut pape: aut metū, ut atar, & siqua sunt similia. Cujus significationis est hæc interjectio? Lætandi. Vnde hoc? Quia exax, cum dicimus, lætari nos profecto significamus. Heu, cuius significationis interjectio est? Dolendi. Vnde hoc? quia heu cū dicimus, dolere nos profecto significamus. Pape, cuius significationis? Interjectio est admirandi. Vnde hoc? quia pape cū dicimus, aliquid profecto miramur. Atar, cuius significationis interjectio est? Metuendi. Vnde hoc? quia atar cū dicimus, aliquid nos metuere significamus. Sunt & aliz plurimæ interjectionum significationes, quæ tamen ex his quatuor veluti quibuidam perturbationum fontibus, dimanare noscuntur.

## BEDÆ PRESBYTERI DE OCTO PARTIBUS ORATIO.

NIS LIBELLUS.



**R**ARTES orationis sunt octo. Nomen, pronomen, verbum, adverbium, participium, conjunctio, præpositio, interjectio. Ex his duæ sunt principales partes orationis, nomen, verbum. Latini articulum non adnumerant, Graeci interjectionem. Multi plures, multi pauciores partes orationis putant: verum ex his omnibus tres



sunt, quæ sex casibus inflectuntur: Nomen, pronomen & participium. Nomen, est pars orationis, cum casu corpus aut rem, propriè communitè significans. Propriè, ut Roma, Tiberis: cõmuniter, ut, urbs, flumen. Nomini accidunt sex: qualitas, comparatio, genus, numerus, figura & casus. Nomen, unius Nominis appellatio, multarũ vocabulum est rerum, sed modo nomina generaliter dicimus. Qualitas nominum bipartita est: aut enim propria sunt nomina, aut appellativa. Propriorum nominum, secundum Latinos, quatuor sunt species: Prænomen, nomen, cognomen, agnomen, ut; Publius Cornelius Scipio Africanus. Communia prænomena aut singulis literis notantur, ut C. Cæsar, L. Catilina: aut binis, ut Gn. Pompeius: aut trinis, ut, Sex. Roscius. Appellativorum multæ sunt species: alia enim sunt corporalia, ut pteras, iustitia, dignitas: alia sunt primæ positionis, ut mons, schola: alia derivativa, ut, montanus, cholahticus: alia diminutiva, ut monticulus. Diminutivorum nominum tres sunt gradus, quorũ forma quo magis minuitur, creceit sæpè numerus syllabarum. Sunt etiam quædam diminutiva, quorum origo non cernitur, ut fabula, macula, tabula, vinculum. Sunt nomina tota Græcæ declinationis, ut Teimello, Calypso, Pan. Sunt tota cõversa in Latinam regulam, Polydectes, Pollux, Odyseus, Viyiles. Sunt inter Græcã Latinamque; formam, quæ nãtha appellantur, ut Achilles, Agamemnon. Sunt alia nomina, quæ una appellatione plura significant, ut nepos, acies, aries. Sunt etiam alia synonyma vel polyonymata, ut, terra, humus, tellus, ensis, mucro, gladius. Alia patronymica, ut Pelides, Atrides: hæc & ab avis & patribus sæpè fiunt. In his quæ Græca sunt, sive masculina, sive femina fuerint, Græcam magis servabimus regulam. Alia horum masculina, aut in des exeunt, ut Atrides, ab Atreo: aut in lius, ut Pelius, à Pele: aut in ion, ut Nereion, à Nereo. Femina autem in is exeunt, ut Atridis: aut in as, ut Pelias: aut in e, ut Nerine. Sunt alia thetica, id est, possessiva, quæ in ius exeunt, ut, Evandrius ensis, Agamemnonis Mycenæ: alia mediæ significationis, & adjecta nominibus, ut, magnus, fortis. Dicimus enim, magnus vir, fortis exercitus. Hæc etiam epitheta dicuntur. Alia qualitatis, ut bonus, malus: alia quantitatis, ut magnus, parvus: alia gentis, ut Græcus, Hispanus: alia patriæ, ut Thebanus, Romanus: alia numeri, ut, unus, duo: alia ordinis, ut, primus, secundus: sed primus de multis: de duobus prior dicitur: sicut & duobus, alterum dicimus: ita de multis alium. Sunt alia ad aliquid dicta, ut pater, frater: sunt alia ad aliquid quodammodo se habentia, ut dexter, sinister. Hæc & cõparativũ gradũ admittunt, ut dexterior, sinisterior. Sunt alia generalia, ut corpus: alia specialia, ut lapis, homo, lignum: alia facta de verbo, ut doctor, factor, lector: alia similia participiis, ut demes, sapiens, potes: alia verbis similia, ut comedo, palpo, contèplator, speculator.

Comparationis gradus sunt tres: positivus, comparativus, & superlativus. Positivus, ut fortis: comparativus, ut fortior: superlativus, ut fortissimus. sed comparativus gradus, generis est semper communis. Comparantur autem nomina, quæ aut qualitatem, aut quantitatem exeunt. aliàs enim positivus tantum invenitur, ut mediocris: aliàs positivus & comparativus tantum, ut lenex senior, juvenis juvenior: aliàs positivus & superlativus, ut pius, piissimus. nam pro secundo gradu, magis adverbium ponitur, ut magis pius: aliàs superlativus tantum, ut novissimus. extra hanc formã sunt, ut bonus & malus, & magnus. Dicimus enim, bonus, melior, optimus: malus, peior, pessimus: magnus, major, maximus. Comparatio nominum propriè in comparativo & superlativo gradu est constituta. nam positivus perfectus & absolutus est. Sæpè autem comparativus gradus præponitur superlativo: ut, stultior stultissimo, & major maximo. Sæpè minus positivo significat, quamvis recipiat comparisonem, ut mare Põicicum dulcius, quam cætera maria. Sæpè idem pro positivo positus, minus positivo significat, ut nulli comparatur: ut, Jam senior, sed cruda Deo viridisque senectus. Sunt nomina significatione diminutiva, intellectu comparativa: ut, grandiuscu-

lus, majusculus, minusculus. Comparativo, tam, aut minus, aut minime, aut magis, aut maxime addici non oportet: addicuntur autem positivo tantum. Dicimus enim tam malus, minus bonus, minus malus, magis bonus, magis malus, maxime bonus, maxime malus. Comparativus gradus ablativo casui adjungitur, utriusque numeri: sed cum utimur, cum aliquem vel alieno, vel suo gradui comparamus: ut, Hector fortior Diomede, vel audacior Trojanis fuit. Dicimus, aut fortior hic quam ille. Superlativus autem tantum genitivo plurali adjungitur: sed nunc hoc utimur, cum aliquem suo gradui comparamus: ut, Hector fortissimus Trojanorum fuit. plerunque superlativus pro positivo ponitur, & nulli comparatur, ut Jupiter optimus maximus. Interdum comparativus nominativo adjungitur, ut doctor hic, quam ille. Genera nominum sunt quatuor: Masculinum, femininum, neutrum, commune. Masculinum est, cui numero singulari, casu nominativo, pronomen vel articulus præponitur hic: ut, hic magister. Femininum est, cui numero singulari, casu nominativo, pronomen vel articulus præponitur hæc: ut, hæc Musa. Neutrum est, cui numero singulari, casu nominativo, pronomen vel articulus præponitur hoc: ut, hoc scammum. Commune est, quod simul masculinum femininumque significat: ut, hic & hæc cæceros. Sed ex his vel principalia, vel sola genera duo sũt: masculinum & femininum: nam neutrum de utroque nascitur. Est etiam trium generum commune, quod omne dicitur: ut, hic & hæc & hoc felix. Est Epicœnum, id est, promiscuum, quod sub una significatione marem & feminam comprehendit, ut passer & aquila. Sunt præterea alia sono masculina, intellectu feminina, ut Eunuclus commedia, Orestes tragedia, Centaurus navis: alia sono feminina, intellectu masculina, ut Fenestella scriptor, Aquila orator: alia sono neutra, intellectu feminina, ut Phronesium, Glycerium, Sophronium, quæ mulieres sunt: alia sono feminina, intellectu neutra, ut poema, stema: alia sono masculina, intellectu neutra, ut pelagus, vulgus. Sunt præterea nomina in singulari numero alterius generis, & in plurali alterius: ut balneum, tartarus, cœlum, porrum, cepe, formanium. Sunt item nomina incerti generis, inter masculinum & femininum: ut cortex, radix, flex, finis, stirps, pinus, pampinus, dies. Sunt incerti generis, inter masculinum & neutrum, ut frenus, clypeus, vulgus, specus. Sunt nomina incerti generis inter femininum & neutrum, ut buxus, pyrus, prunus, malus: sed neutro genere fructum, feminino ipsas arbores dicimus sæpè. Sunt etiam genera nominum fixa, sunt mobilia. Fixa sunt, quæ in alterum genus flexi non possunt, ut pater, mater, frater, foror. Mobilia autem, aut propria sunt, & duo genera ex se faciunt, ut Cajus Caju, Martius Martia: aut appellativa sunt, & tria genera faciunt, ut bonus, bona, bonum: malus, mala, malum. Sunt item alia nec in eorum fixa, nec in eorum mobilia: ut draco draconia, leo, leona, gallus gallina, rex, regina. Sunt diminutiva, quæ non servant genera, quæ ex nominibus primæ positionis receperunt: ut, scutum scutella, pistrinum pistrilla, canis canicula, rana ranunculus, statua statuncula. Nomen in a vocalem desinens, nominativo casu, numero singulari, aut masculinum est, ut Agrippa: aut femininum, ut Marcia: aut neutrum, ut toreuma, sed tum Græcum est: aut commune, ut advena: aut epicœnum, ut aquila. Nomen in e vocalem desinens in nominativo casu, numero singulari, aut femininum est, ut Euterpe: aut neutrum, ut sedile. Nomen in i vocalem desinens nominativo casu, numero singulari, aut neutrum Græcum est: ut gummi, linapi: aut trium generum, ut abdolon, ut frugi, nihili. Nomen in o vocalem desinens nominativo casu, numero singulari, aut masculinum est, ut Scipio: aut femininum, ut Juno: aut commune, ut pumilio. Nomen in u vocalem desinens nominativo casu, numero singulari tantum neutrum est, ut cornu, genu, gelu. sed hæc nomina, & quæ in consonantes desinunt, diversas regulas & multipliciter habent. Numeri sunt duo: singularis & pluralis. Singularis, ut hic sapiens: pluralis, ut hi sapientes. Est & dualis nu-



merus, qui singulariter enuntiari non potest, hi ambo, hi duo, sunt etiam nomina numero communia, ut res, nubes, dies. Sunt semper singularia generis masculini, ut Publius, sanguis. Sunt semper pluralia, ut manes, Quirites. Sunt semper singularia generis femini, ut pax, lux. Sunt semper pluralia, ut calendæ, mundinæ, feriæ, nuptiæ, quædignæ. Sunt semper singularia generis neutri, ut pus, virus, aurum, argentum, oleum, ferrum, triticum: hæc & ferè cætera, quæ ad mensuram pondusve referuntur, quæq; multa consuetudine arma, Floralia, Saturnalia. Sunt quædam positione singularia, intellectu pluralia, ut populus, concio, plebs. Sunt quædam positione pluralia, intellectu singularia, ut, Athenæ, Thebæ, Comæ. Figuræ nominibus accidunt duæ: Simplex & composita. Simplex, ut doctus, potens: composita, ut, indoctus, impotens. Componuntur autem nomina modis quatuor: ex duobus, integris, ut luburbanus: ex duobus corruptis, ut efficax, municeps: ex integro & corrupto, ut, ineptus, insulsius: ex corrupto & integro, ut, nugigerulus. Componuntur etiam ex pluribus, ut, inexpugnabilis, imperterritus. In declinatione compositorum nominum animadvertere debemus, quod ea quæ ex duobus nominativis composita fuerint, per omnes casus ex utraque parte declinari possunt, ut, eques Romanus, prætor urbanus. Quæ ex nominativo, & quolibet alio casu composita fuerint, ex parte declinari tantum, qua fuerit nominativus casus, ut præfectus equitum, vel senatus consultum. Providendum est autem, ne ea nomina componamus, quæ aut composita sunt, aut componi omnino non possunt. Casus nominum sunt sex: Nominativus, genitivus, dativus, accusativus, vocativus, ablativus. Ex his duo rectè appellantur, Nominativus & vocativus: reliqui autem obliqui. Ablativum Græci non habent: hunc quidam Latini, nonnulli sextum casum appellant. Est autem nominativus, ut, hic Cato. Genitivus, huius Catonis: dativus, huic Catoni: accusativus hunc Catonem: vocativus ô Cato: ablativus, ab hoc Catone. Quidam etiam alligunt septimum casum, qui est ablativus similis, sed sine præpositione: ut sit ablativus casus, ab oratore venio: septimus casus, oratore magistro utor. Sunt autem formæ casuales sex, è quibus sunt nomina alia monoptota, alia diptota, alia triptota, alia tetraptocha, alia pentaptocha, alia hexaptocha. Sunt præterea hæc aptocha, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: ut, frugi, nihili, nequam, fas, nefas, nugas. In qua forma sunt etiam nomina numerorum, à quatuor usque ad centum, nam ab uno usque ad tres, per omnes casus numeri declinantur. Item à ducentis, & deinceps, præter mille. Sunt nomina quorum nominativus in usu non est, ut si quis dicat hunc laterem, \* vel ab hac dictione. Item per cæteros casus nomina multa deficiunt, ut spontè, tabo. Sunt præterea nomina, quorum alia genitivum casum trahunt, ut ignarus belli, securus armorum: alia dativum, ut inimicus malis, congruus paribus: alia accusativum, sed figuratè, ut exofus bella, præficus futura: alia ablativum, ut secundus à Romulo, alter à Sylla: alia septimum casum, ut dignius munere, mac? virtute. Omnia nomina ablativo, numero singulari, quinque literis vocalibus terminantur, sed ea duntaxat, quæ non sunt aptocha: in illis enim regula non tenetur. Quæcunque nomina ablativo singulari à vocali fuerint terminata, genitivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum & ablativum in is: ut, ab hac mula, harum mularum, his mulis. Necessè est autem contra hanc regulam, ut declinentur hæc nomina, in quibus genera discernentia sunt: ut ab hac dea, harû dearû, hic & ab his deabus ne si diis dixerimus, deos non deas significare videamur. Quæcunque nomina ablativo casu singulari & litera correpta fuerint terminata, genitivum pluralem in um syllabam mittunt, dativum & ablativum in bus: ut ab hoc patiere, horum patierum, & ab his parietibus. Contra hanc regulam invenimus: ut ab hoc vase, horum vasorum, his valis. Si vero & producta fuerint terminata, genitivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum & ablativum in bus: ut, ab hac re, harum rerum, his & ab his rebus, sed hæc regula femini generis putatur. Quæcunq; nomine abla-

tivo casu singulari, i litera fuerint terminata, genitivum pluralem in rum mittunt, & dativum & ablativum in bus: ut, ab hac puppi, harum puppium, his & ab his puppibus. Huiusmodi nomina casum accusativum pluralem, propter differentiam, melius in is quàm in es terminant: ut has puppis navis, clavis, puppim, navim, clavim: nô puppè, navè, clavem. Horum autem nominum quæ genitivo casu plurali, ium syllabam exire possunt, trina regula est. prima eorum quæ nominativo casu singulari in literis terminantur, ut mons montium, altera eorum quæ ablativo casu singulari & correpta finitur, & femina sunt, ut ab hac cæde, harû cædium, his & ab his cædibus, tertia eorum, quæ ablativo casu singulari, i litera terminantur, ut ab hac resti, harum restium, his & ab his restibus. Sed hæc regula etiã accusativum singularem interdum syllabam per im literam terminat: ut nanc restim, & nanc puppim: horum multa certum consuetudine commutat. Quæcunq; nomina ablativo casu singulari o litera fuerint terminata, genitivum pluralem in rum syllabam mittunt, dativum & ablativum in is: ut, ab hoc docto, horû doctorum, his & ab his doctis. Contra hanc regulam invenimus, ut ab hac domo, harum domorum, his & ab his domibus. & ab hoc jugere, horum jugerum, his & ab his jugeribus. Sed scire debemus, multa quidam veteres aliter declinasse: ut ab hac domo, harû domuum, his & ab his domibus: & ab hoc jugere, horum jugerum, & ab his jugeribus. Verum meminimus euphontiam in dictionibus plus interdum valere, quam analogiã vel regulas præceptorum. Quæcunq; nomina ablativo casu in u litera fuerint terminata, genitivum pluralem in um syllabam mittunt: geminata u litera, dativum & ablativum in bus: ut ab hoc fluviu, horum fluviuum, his & ab his fluctibus: nam nihil necesse est retinere u literam, & fluctibus dicere, cum artibus necesse sit dicere: ne quis nos artes non artus significare velle, exiltimet. In hanc regulam non eveniunt, ut dictum est, aptota nomina, ut fas, nefas, nihil: non veniunt tantum pluralia, ut, Saturnalia, Vulcanalia, compedalia, non veniunt, quæ à Græcis sumptimus ut emblemata, epigrammata, stemmata, poemata: nam huius formæ nomina etiam veteres femina genere declinabant. In his regulam analogia vel ex collatione positiorum nominum, vel ex diminutione cognoscitur. Meminerimus hæc Græca nomina, ad Græcam formam declinari, & si illa nonnulli ad Latinos casus nituntur inflectere. Duodecim literis omnia nomina Latina, casu nominativo singulari terminantur: vocalibus quinque, semivocalibus sex, muta una: a, e, i, o, u, l, m, n, r, s, x, t, ut tabulata, ut fedile: i ut frugitio, ut ratio: u, ut genus, ut mel: m, ut scamnum: n, ut flumen: r, ut arbor: ut flos: x, ut nox: t, ut caput: adiciant quidam c, ut lac, halec.

**P**ronomen, est pars orationis, quæ pro nomine posita, tantundem penè significat, personamq; interdum recipit. Pronomini accidunt sex: Qualitas, genus, numerus, figura, persona, casus. Qualitas pronominum duplex est: aut enim finita sunt pronomina, aut infinita. Finita sunt quæ recipiunt personas: ut ego, tu, ille: infinita sunt: quæ non recipiunt personas: ut quis, quæ, quod. Sunt etiam pronomina minus quam finita: ut ipse, iste. Sunt præpositiva, ut quis, hic. Sunt subiectiva, ut, is, idem. Sunt alia genitis, ut cujus, nostras, cujatis, nostratis: alia ordinis, ut quotus, totus: alia numeri, ut quot, tot: alia ad aliquid dicta: infinita, ut cujus, cuius, cui: alia ad aliquid dicta finita: ut meus, tuus, suus: hæc etiam possessiva dicuntur. Sunt item alia qualitatis: vt, qualis, talis: alia quantitatis: ut, quantum, tantus. Sunt etiam demonstrativa, quæ rem præsentem notant: vt hic, & hæc, & hoc: alia relativa, quæ rem absentem significant: vt, is, ea, id. Sût etiam magis demonstrativa: vt eccum, eccam, illum, ellam. Genera pronominum, ita vt nominibus accidunt omnia. Masculinum, ut quis: femininum, vt quæ: neutrum, vt quod: commune, vt, qualis, talis. Sunt etiam trium generû: vt, ego, tu, ille. Numerus accidit pronominum uterq; Singularis, ut ille: pluralis, ut ista. Sunt etiam numero communia, vt qui & quæ. Dicimus enim, qui vir, qui viri: quæ mulier, quæ mulieres. Sunt pronomina tota singularia, ut meus, tuus: tota pluralia, ut no-



ster, vester, Figura enim in pronomibus duplex est: aut enim simplicia sunt pronomina, ut quis: aut composita, ut quisquis. Nam composita pronomina secundum formam nominis ex ea parte declinantur, qua pronomem finitur casus nominativi: cuius rei exempla sunt: ut quisquis, quisquam, aliquis, quisnam: nam idem, quod conitatur ex duobus corruptis est, quum producitur, masculinum pronomem est, quum corrumpitur, neutrum est: ut hic correptum, pronomem est, quum producitur, adverbium loci. Personarum pronomibus finitis accidunt tres: prima, ut ego: secunda, ut tu: tertia, ut ille. Sed hæc prima persona & secunda generis sunt communis: & prima persona in hoc pronomine, cum est numeri singularis, non habet nominativum casum, pluralem habet. Casus item pronominum sex sunt, quemadmodum nominum: Nominativus, ut hic: genitivus, ut huius: dativus, ut huic: accusativus, ut hunc: vocativus, ô: ablativus, ab hoc. Sunt pronomina quæ non per omnes casus declinantur: ut ecce, eccæ, illum, & cuius, cuija, cuium, cuiatis, nostratis. Sunt etiam sine nominativo & vocativo: ut sui, sibi, se, à se: hæc non sunt numeri communis. Sunt item sine nominativo: ut ego, mei, vel mihi, me, à me. Nullum autem pronomem recipit comparationem, quamvis qualitatem & quantitatem significant. Inter pronomina & articulos hoc interest, quod pronomina ea putantur, quæ cum sola sunt, vicem nominis complent, ut, quis, ille, iste. Articuli verò cum pronomibus aut nominibus aut participiis adiunguntur: ut hic, huius, huic, hunc, ô, ab hoc: & pluraliter, hi, horum, his, hos, ab his. Hæc eadem pronomina articulis, & pro demonstratione ponuntur: ut, neuter, uter, omnis, alter, nullus, alius, ambo, uterque. Sunt qui nomina, sunt qui pronomina existimant: ideo quod articuli in declinatione non indigent.

**V**erbum, est pars orationis, cum tempore & persona, sine casu aut agere aliquid aut pati, aut neutrum significans. Verbo accidunt septem: Qualitas, conjugatio, genus, numerus, figura, tempus, persona. Qualitas verborum in modis & in formis est. Modi autem, ut multi existimant, septem: Indicativus, qui est pronuntiativus, ut lego. Imperativus, ut lege. Promissivus, ut legam: sed nos hunc modum non accipimus. Operativus, ut utinam legerem. Coniunctivus, ut cum legam. Infinitivus, ut legere. Impersonalis, ut legitur: Sed hunc quidam modum pro genere ac significatione verbi accipiunt. Impersonalis, cuius verba in tur exeunt, aut in it, aut in er. Sed quæ in tur & in it exeunt, hæc ab indicativo oriuntur: ut lego, legitur, cingo, contigit. Quæ in er exeunt, duas formas habent: quia enim ab indicativo oriuntur, ut misereor, miseret: alia à se oriuntur, ut tædet, pudet, poenitet: quamvis veteres dixerunt pudeo, tædeo. Qualitas verborum etiam in formis est constituta, quas formas alii verborum generibus, id est, significationibus miscent. Formæ igitur Latinæ sunt quatuor: nam & his græca lingua deficit. Perfecta, meditativa, inchoativa, frequentativa. Perfecta, ut lego. Meditativa, ut lecturio. Frequentativa, ut lectito. Inchoativa, ut fervesco, calefco: sed frequentativa sæpe primæ conjugationis sunt: Inchoativa verba non per omnia tempora declinantur, quia quæ inchoantur, præteritum tempus non habent: quia oriuntur à neutralibus verbis. Sunt etiam frequentativa de nomine venientia, ut patricat, crocitat. Sunt quasi diminutiva, quæ à perfecta forma veniunt: ut lorbillio, sigillo. Sunt autem sine origine perfectæ formæ: ut potillo, vacillo: & frequentativa sæpe in tres gradus deducunt verbum: ut curro, curso, cursito: sæpe in duos tantum, ut nolo, nolito. Sunt verba inchoativis similia, quæ inchoativa non esse, tempore prænoscesimus, ut compefco, compefui. Sunt item alia inchoativa, quæ perfecta veniunt: ut horreo, horrefco. Sunt quæ originem non habent, ut consuesco, quiesco. Conjugationes verbis accidunt tres: Prima, in a: secunda in e: tertia, in i. Prima est, quæ in indicativo modo, tempore præfenti, numero singulari, secunda persona, verbo activo & neutrali à productam amat: aut novissimam litteram passivo, communi & deponenti, aut novissimam syllabam: ut, voco, vocas, vocor, vocaris: & futurum tempus ejusdem

modi, in bo & in bor syllabam mittit: ut voco, vocabo, vocor, vocabor. Secunda est, quæ in indicativo modo, tempore præfenti, numero singulari, secunda persona verbo activo & neutrali e productam habet: aut novissimam litteram, passivo, communi & deponenti, aut novissimam syllabam: ut, moneo, monebo, moneor, monebor: & futurum tempus ejusdem modi, in bo & in bor syllabam mittit: ut moneo, monebo, moneor, monebor. Tertia est, quæ in indicativo modo, tempore præfenti, numero singulari, secunda persona, verbo activo & neutrali, i litteram interdum productam, interdum correptam habet: aut novissimam litteram passivo, communi & deponenti e correptam habet, aut i productam, aut novissimam syllabam: ut, lego legis, legor, legeris: audio, audis, audior, audiris: & futurum tempus ejusdem modi in am syllabam mittit, vel in ar: ut, lego, legam, legor, legar: audio, audiam, audior, audiar: & altera species tertiæ conjugationis, quæ i producta enunciatur, hanc nonnulli quartam esse conjugationem putant: quod futurum tempus in am & in bo, in ar & in bor mittit ritè syllabam: ut servio, serviam, servibo, vincio, vincis, vinciam, vincibo, vincior, vincitis, vinciar, vincibor: quod quidam refutantes negant in bo & in bor ritè exire posse, tertiæ conjugationem, nisi in eo verbo, quod in prima persona indicativi modi, temporis præfentis, numeri singularis, e aut o habuerint: ut, queo, eam, queâ, ibo, quibo: & passivo, queor, quear, quibar, & si qua sunt similia. Genera verborum, quæ ab aliis significationibus dicuntur, quinque sunt: Activa, passiva, neutra, communia, deponentia. Activa sunt, quæ o littera terminantur, & accepta r, faciunt ex se passiva, ut lego, legor. Passiva sunt, quæ in r littera terminantur, & ea amissa, redeunt in activa, ut legor, lego. Neutra sunt, quæ o littera terminantur, & accepta r littera, Latina non sunt, ut flo, eуро. Sunt etiam neutra, quæ i littera terminantur, ut odi, novi, ceppi, memini. Sunt item quæ um syllaba desinunt, ut sum, profum: item quæ in et exeunt, & impersonalia dicuntur: ut pudet, poenitet, tædet: sed hæc & similia defectiva existimanda sunt. Sunt præterea neutro passiva, ut audeo, ausus sum, gaudeo, gavissus sum, soleo, solitus sum. Deponentia sunt, quæ r littera terminantur, & ea amissa, Latina non sunt, ut conficior, convertor. Communia sunt, quæ r littera terminantur, & in duas formas cadunt, agentis & patientis, ut scrutor, criminor. Dicitur enim, scrutor te, & scrutor à te: criminor te, criminor à te. Sunt verba extra hanc regulam, quæ in xqualia dicuntur: ut soleo, facio, fido, audeo, gaudeo, vescor, feror, medeor, edo, volo, nolo. Sunt quæ non ritè declinari possunt: ut cedo, ave, faxo, is, inist, inquam, quæso, ajo. Sūt item monosyllaba, quæ etiã contra regulam producta sunt, ut flo, do, flo. Similiter verba incerta significationis, ut rondeo, lavo, fabrico, punio, numero, munio, partior, populo, assentior, adolor, luctor, auguror: hæc enim omnia verba in o & in r litteras finiuntur, & his verbis tempora participiorum accidunt penè omnia. Sunt item verba quæ componere possunt: ut pono, traho, repono, retraho. Sunt quæ non possunt, ut ajo, quæso. Numeri verbis accidunt duo: singularis & pluralis. Singularis, ut lego: pluralis, ut legimus. Item secundum quosdam dualis, ut legere. Figura verborum duæ sunt: aut enim simplicia sunt verba, ut scribo: aut composita, ut describo. Componentur & verba quatuor modis, ut ceteræ partes orationis: ut repono, sufficio, reficio, incipio, suspendo. Sunt verba composita, quæ simplicia fieri possunt, ut repono, distraho: sunt quæ non possunt, ut suspicio, cõpleo. Tempora verbis accidunt tria: præfens, præteritum, & futurum. Præfens, ut lego: præteritum, ut legi: futurum, ut legam, sed præteriti temporis differentia sunt tres: imperfecta, perfecta, plusquam perfecta. Imperfecta, ut legebam: perfecta, ut legi: plusquam perfecta, ut legeram. Ergò in declinatione verborum numeramus, præfens, præteritum imperfectum, præteritum perfectum, præteritum plusquam perfectum & futurum. Personarum verbis accidunt tres: prima, secunda, tertia. Prima est, quæ dicitur: ut lego. Secunda, cui dicitur: ut legis. Tertia, de qua dicitur: ut legit. Sed prima persona non indiget casu, sed admittit plerumque nominativum, ut ver-



beror innocens, seruo liber. Secunda persona trahit nominativum, ut verberaris innocens, seruis liber. Tertia persona trahit nominativum, ut verberatur innocens, seruit liber. Quin etiã verba impersonalia quæ in tur exeunt, casui seruiunt dativo & ablativo: ut geritur a te, vel illi: dicitur mihi, tibi, illi. quæ in it exeunt, casui deserviunt dativo: ut contingit mihi, tibi, illi: quæ in et exeunt, ea modò accusativo casui seruiunt: ut liber mihi, tibi illi: decet me, te, illum. Sunt verba præterea, quorum alia genitivi casus formulam seruant, ut miseror mei, cui, sui: reminiscor mei, tui, sui: alia dativo, ut maledico tibi, suadeo tibi: alia accusativo, ut accuso illum, inuoco istum: alia ablativo, ut discedo ab illo, avertor ab illo: alia septimi casus, ut fruor te, potior auro. Communia verba indicativi temporis, primæ personæ, aut e, aut i, aut u, aut o, habent. Si autem vocalem, aut ò literam non habuerint, exceptis f & q, cæteras omnes Latinas accipiunt consonantes, ut sedeo: i, ut inanio: u, ut ruo: b, bibo: c, voco: d, vado: g, lego: h, traho: l, pello: m, amo: n, cano: p, scalpō: r, curro: s, iallo: t, plecto: x, nexo. In his accidunt i & e, pro consonantibus, ut adiuvo: nam triumpho, per p. & h scribitur. Ko literæ non præponitur. Item q, s, m, n, o literæ præponi non potest. Sunt verba defectiva alia per modos, ut cedo: alia per formas, ut facello: alia per conjugationem, ut adsum: alia per genera, ut audeo: alia per numeros, ut faxo: alia per figuras, ut impleo: alia per tēpora, ut fero: alia per personas, ut cedo, edo, facello, adsum, soleo, faxo. Verba quoque impersonalia cum per omnes modos declinari possunt, inveniuntur quædam defectiva, ut liber, miseret.

**A**dverbium, est pars orationis, quæ adiecta verbo significationem eius aut complet, aut minuit: ut iam faciam: vel, non faciam. Adverbia aut à se nascuntur, ut heri, hodie: aut ab aliis partibus orationis veniunt. Veniunt aut à nomine appellativo, ut doctus, doctè: à proprio nomine, ut Tullianus, Tullianè: à pronomine, ut meam, tuam: à verbo, ut cursum, stricim: à nomine & verbo, ut pedentim: à participio, ut indulgens, indulgenter. A nomine venientia aut in a exeunt, ut una: aut in e productam, ut doctè: aut in correptam, ut ritè: aut in i, ut vepè: aut in o productam, ut falsò: aut in o correptam, ut modò: aut in u, ut noctu: aut in el, ut semel: aut in m, ut stricim: aut in r, ut breuiter: aut in s, ut funditus. Adverbia quæ in e exeunt, produci debent: præter illa quæ aut non comparantur, ut ritè: aut comparationis regulam non seruant, ut benè, malè: faciunt enim, benè, melius, optimè: malè, peius, pessimè: aut ea quæ à nomine verbove veniunt, ut impunè, sæpè, cæterum, facillè & difficilè. Quædam adverbia ponuntur, quæ nomina potiùs dicenda sunt, esse pro adverbis posita: ut est, torvum clamat, horrendum resonat. Ergò adverbia quæ in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu ò literã terminatur: ut huic doctò, doctè. Quæ in e exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu in i literam terminantur: ut huic agili, agiliter. Contra hanc regulam multa sapiùs usurpavit autoritas: nam, ut diximus, quædam in dativo casu permanent, & adverbia faciunt, ut falsò, sedulo: quædam multa contra faciunt: ut huic duro, non durè, sed duriter. Adverbio accidunt tria: significatio, comparatio, & figura. Significatio adverbiorum in hoc cernitur: quia sunt adverbia loci, ut hic: temporis, ut hodie, nuper: numeri, ut semel, bis, negandì, ut non: affirmandi, ut etiam, quin: demonstrandi, ut en, ecce: optandi, ut utinam: hortandi, ut eia: ordinis, ut deinde: interrogandi, ut cur, quam obrem: similitudinis, ut quasi, ceu: qualitatìs, ut doctè, pulchrè: quantitatìs, ut parum, multum: dubitandi, ut fortitan, fortasse: personalia, ut mecum, tecum, nobiscum, vobiscum: vocandi, ut heus: respondendi, ut hem: separandi, ut seorsum: iurandi, ut ædepol, Castor, hercle, medius fidius: eligendi, ut potiùs, imò: congregandi, ut simul, unà, pariter: prohibendi, ut ne: eventus, ut fortè aut fortuito: comparandi, ut magis, tam. Sunt etiã infinita, ut ubi: quædam finita, ut hic, modo. Adverbia loci duas formas habent: in loco & ad locum. In loco, ut intus, foris: ad locum,

ut intrò, foras. Dicimus enim, intus sum, foris sum, intrò eo. Adiciunt quidam de loco: ut intus ex eo, foris venio. Adiciunt etiã quidam per locum: ut hac, illac, istac, heus & heu. Interjectiones mulci nò adverbia putaverunt, idè quia non semper hæc subsequuntur verbum. Comparatio accidit adverbio: quia hic quoque comparationis gradus sunt tres: positivus, ut doctè: comparativus, ut doctius: superlativus, ut doctissimè. Et quæ adverbia quoque sunt, quæ per omnes gradus ire non possunt, idè his ad augendam significationem pro comparativo & superlativo, magis & maxime coniungimus: ad mitemdum, minus & minime. Quæmodum enim comparantur, ita & diminuantur adverbia appositive, ut primum, primulè, longè, longulè. A comparativo, ut melius, meliusculè, longius, longiusculè. A superlativo vel nulla exempla, vel rara sunt. Figuræ adverbiorum duæ sunt: aut enim simplicia sunt adverbia, ut doctè, prudenter: aut cõposita, ut indoctè, imprudenter. Componuntur etiã adverbia modis quatuor. Sunt autè multæ dictiones dubiæ inter adverbia, & nomen & pronomen, & verbum & participium, & conjunctionem & præpositionem: ut falsò, quò, ponè, profectò, cù, propter, heu. Quædam autem horum accentu discernimus, quæ dā sensu. Sunt adverbia loci, quæ imprudentes putant nominatim loco, ut Romæ sum: de loco, ut Roma venio: ad locum, ut Romam vado. His præpositio nò apponitur, quæ provinciis, locis, regionibusve adjici solent: ideo, quia de significatione nominis nò recedunt: ut, de Africa venio: Siciliam pergo, in Italia sum. Præponitur separatim adverbis, non applicabiliter, quamvis legimus derepente, deorsum, de subito, exindè, & ab usq; & dehinc, sed hæc tanquam unã partem orationis, sub uno accentu pronuntiamus.

**P**articipium, est pars orationis, dicta quod partè capit nominis, & partem verbi: recipit enim à nomine genera & casus, à verbo tempora & significationes, ab utroque numerum & figuram. Participio accidunt sex, genus, casus, tempus, significatio, numerus & figura. Genera participiis accidunt quatuor: masculinum, ut lectus: femininum, ut lecta: neutrum, ut lectum: commune, ut legens. Casus totidem sunt participiorum, quot nominum; nam per omnes casus etiã participia declinantur. Tempora participiis accidunt tria: præsens, præteritum & futurum: ut luctans, luctatus, luctaturus. Significationes participiorum à generibus verborum sumuntur. Veniunt enim participia à verbo activo duo, præsentis temporis & futuri, ut legens, lecturus. A passivo duo, præteriti tēporis & futuri: ut lectus, legendus. A neutro duo, præsentis temporis & futuri: ut stans, staturus. A deponenti tria: præsens, præteritum & futurum, ut luctans, luctatus & luctaturus. A cõmuni quatuor: præsens, præteritum, & duo futura, ut criminans, criminatus, criminaturus & criminandus. Inchoativa participia præsentis temporis sunt tantum, ut horrescens, calefcens, repescens. Defectiva interdum alicujus temporis sunt, ut soleo, solès, solitus: interdum nullius, ut ab eo verbo quod est meminì, nullum participium reperitur. Interdum à nò defectivo verbo, participia defectiva sunt: ut ab eo verbo quod est studeo, studens, futurum tempus non habet. Ab impersonali verbo participia nisi usurpata fuerint, non veniunt. Numerus participiis accidit uterq; singularis, ut hic legens: pluralis, ut hi legentes. Item figura participiorum duplex est: aut enim simplicia sunt participia, ut scribens: aut cõposita, ut describens. Componi etiã participia quatuor modis possunt. Sunt nomina speciem participiorum habentia, ut comatus, galeatus, quia à verbo non veniunt, non sunt participiis applicanda, ex quibus sunt etiã illa, quæ cum participia videntur, verborum tamen significatione privata sunt, ut pransus, cœnatus, placita, nupta, triumphata, regnata: nam prandeor, cœnor, placeor, nubor, triumphor, regnor, non dicuntur. Sunt alia participia, quæ accepta præpositione, & à verbis & à participiis recedunt, ut innocens: nã noceo dicitur, innoceo non dicitur. Sunt alia participia defectiva, quæ per omnia tempora ire non possunt, quæ à verbo veniunt, ut ceptus, arguendus. Sunt veluti participia, quæ à verbo veniunt: & quia



tempus non habent, nomina magis quam participia dicuntur: ut est furibundus, ludibundus, moribundus. Sunt multa participia eadem & nomina: ut passus, visus, cultus, sapiens, indulgens: quæ tamen & casibus differant, & temporibus dignoscuntur, & comparata mutantur. Sunt participia, quæ accepta comparatione sunt nomina, ut acceptus, incensus, acceptior, incensior. Adverbia de participiis fieri posse, nonnulli negant: sed hos plurimæ lectionis revincit autoritas.

**C**onjunctio, est pars orationis annectens ordinantque sententiam, Conjunctioni accidunt tria: potestas, figura & ordo. Potestas conjunctionum in quinque species dividitur. Sunt enim copulativæ, disjunctivæ, expletivæ, causales & rationales. Copulativæ sunt hæc: &, que, ac, atque, at, atque. Disjunctivæ autem: ne, vel, nec, an, neque. Expletivæ: quidem, equidem, saltem, videlicet, quanquam, quamvis, quoque, autem, porro, licet, tamen. Causales, si, etsi, etiam, siquidem, quum, quando, quidem, quinetiam, quamvis, si, seu, five, nam, neque, nisi, si, enim, enim ne, sed, interea, quamobrem, præsertim, item, itemque, cæterum, alioquin, præterea. Rationales: ita, itaque, enimvero, quare, quia, quapropter, quoniam, quoniamquidem, quippe, ergo, ideo, igitur, scilicet, propterea. Figuræ conjunctionum duæ sunt: simplex, ut nam: composita, ut nanque. Ordo conjunctionum in hoc est, quia aut sunt præpositivæ præpositiones: ut at, atque, aut subjunctivæ, ut quæ: aut communes, ut ergo, igitur. Sunt etiam dictiones quæ incertum est, utrum conjunctiones, an præpositiones, an adverbia nominemus: quæ tamen omnes sensu facile discernuntur; nam & conjunctiones pro aliis conjunctionibus positæ, inveniuntur potestate mutata.

**P**ræpositio, est pars orationis, quæ præposita aliis partibus orationis, significationem earum aut complet aut mutat, aut minuit. Nam aut nomini præponitur, ut invalidus: aut pronomini præponitur, ut per me: aut supponitur, ut mecum, tecum, nobiscum, vobiscum: aut verbum præcedit, ut præfero: aut adverbium, ut expressè: aut participium, ut præcedens: aut conjunctionem, ut absque: aut semet, ut circumcirca. Præpositiones aut casibus feruntur aut loquelis, aut ejus casibus, & loquelis conjuguntur: ut, ut, di, dis, re, se, an, con; Dicimus enim, diduco, ditraho, recipio, secubo, amplector, congredior. Separantur, ut apud, penes, conjuguntur & separantur, cæteræ omnes: ex quibus in & con præpositiones si ita compositæ fuerint, ut eas statim (vel f litera consequatur, plerumque producantur: ut, insula, insula, consilium, confessio.

Præpositioni accidunt solummodo casus. Casus namque in præpositionibus duo sunt, accusativus & ablativus. Aliæ enim præpositiones accusativo casui præponuntur, aliæ ablativo, aliæ utrique casui. Accusativus casus præpositiones hæc sunt: ad, apud, adversum, cis, circa, citra, circum, contra, erga, extra, intra, inter, infra, iuxta, ob, pone, per, pro, propter, secundum, post, trans, ultra, præter, supra, usque, penes. Dicimus enim ad patrem, apud villam, ante ædes, adversum inimicos, cis Rhenum, circa forum, circum vicinos, circa templum, contra hostem, erga propinquos, extra terminos, inter naves, intra mœnia, infra testum, iuxta macellum, ob augurium, pone tribunal, per parietem, propè fenestram, propter amnem, secundum fores, post tergum, trans ripam, ultra fines, præter officium, supra caelum, usque Oceanum, penes arbitros. Ex his, ad & apud, cum unius casus sunt, diverso modo ponuntur. Dicimus enim, Ad amicum vado, apud amicum sum, non enim dicitur rectè, Apud amicum vado, ad amicum sum. Usque, præpositio plurimis non videtur: quia sine aliqua præpositione proferri non solet: unde adjungitur utrique casui, pro qua litate præpositionis ejus, cui fuerit copulata: ut, usque ad, & usque ab.

Ablativi casus præpositiones sunt hæc: à, ab, abs, cum, coram, clam, de, è, ex, pro, p̄, palam, sine, absque, tenus.

Dicimus enim, à domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, è jure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, absque injuria, tenus pube: sed hæc præpositio propter euphoniā subjicitur, & facit puberens. Clam præpositio casibus servit ambobus. Utriusque casus præpositiones sunt hæc: in, sub, super, & subter. Quarum in & sub, tunc præpositiones accusativi casus sunt, cum ad verbum vel ante significantur, ibat in Eurialum: &, sub ipsum Arcturum: id est, à te. Tunc ablativi casus, cum vim rectè retinent, nec pro accusativis præpositionibus ponuntur. Item accusativi casus sunt, cum ad locum vel nos, vel quoslibet, vel ire, isse, ituros esse significamus, cuius rei exempla sunt hæc: in, accusativi casus: ut, Itur in antiquam sylvam.

In, ablativi casus: ut,

Stans celsa in puppi.

In, ablativi casus: ut,

Peltesque sub ipsos Nituntur gradibus.

Sub, ablativi casus: ut,

Arma sub adversa posuit radiantia quercu. Subter verò & super, cum accusativo casu naturaliter præponitur, & ablativo casui tum plerumque junguntur: ut,

Gemina sub arbore sidunt.

Et,

Ferre juvat subter densa testudine casus. Quanquam multi sunt, qui non putant præpositiones ambiguas esse, nisi duas. In & sub. Cæteræ super & subter, quum locum significant, ablativo junguntur figuratè. Extra quam formam Super præpositio, quum De, significat: hoc est, mentionem de aliquo fieri tentat, ablativi casus est tantum: ut,

Multa super Priamo rogicans, super Hectore multa.

Separatæ præpositiones accidunt conjunctæ casibus, aut loquelis, cum suam sæpe commutant, & communes sunt. Præpositiones autem ipsæ verba corruptunt, ut conficio: aut ipsæ corrumpuntur, ut sussero: aut & corruptunt, & corrumpuntur, ut suscipio. Antiqui præpositiones & genitivo casui conjugebant, ut currum tenus, vel curum. Item post, & ante, & circum, utriusque casibus adjunctas inveniunt. Sed scire nos convenit, præpositiones vim suam tunc retinere, cum præponuntur: Suppositas verò & significationem suam, & vim nominis, & legem propriam non habere. Separatæ præpositiones separatim præpositionibus non coherant, & adverbia faciunt, si quando illas non sequitur casus. Sunt qui putant accidere præpositioni & figuram & ordinem. Figuram: quia sunt præpositiones simplices, ut ab: compositæ, ut absque. Ordinem, quia sunt præpositiones præpositivæ, ut sine: subjunctivæ, ut tenus. Sed hæc nos & similia in his numeramus, quæ inæqualia nominantur.

**I**nterdicatio, est pars orationis interjecta aliis partibus orationis ad exprimendum animi affectus: aut metuentis, ut heu: aut optantis, ut ô: aut dolentis, ut heu: aut lætantis, ut euax. Sed hanc adverbis Græci applicant, quod idè Latini non faciunt, quia hujusmodi voces non statim subsequitur verbum. Licet autem pro interjectione etiam alias partes orationis singulas pluresve supponere, ut nefas, pro nefas. Accentus interjectionum certi esse non possunt, ut verè in aliis

vocibus, quas inconditas  
invenimus,  
(..)

Libelli de octo partibus orationis, finis.